UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLI. De restitutione in integrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

Non quidem qui mera vi coguntur; quia tales non agunt, ſed patiuntur, ut reſtitutione non egeant : ſed qui juſto *d.c.5.h.t.* metu coacti promiſerint aliquid, fecerintve, quod erat viri prudentis, e duobus malis eligendo minus, digni erunt reſti- *c.1. 2.& 4.* tutione. *hoc tit.*

4. Quod ſi quis juſto metu aliquid promiſerit & juraverit?

Eo caſu non fore locum reſtitutioni, verum ſervandum eſſe id, quod juratum eſt, modo non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, ſacrorum Canonum ſtatuit auctoritas. Non obſtante deciſione juris civilis, annullantis tale jura- *c.3. & 6.* mentum : quia prævalet hic jus Cano- *h.t. Auth.* nicum, quod vult etiam metu extortum *Sacra-* jusjurandum ſervari, modo id fiat detri- *menta* mento animæ jurantis. *pub. C. Si adverſ. vendit. c. 8. & 28. De jurej.*

De reſtitutione in integrum.

TIT. XLI.

Tit. hic eſt quidem generalis, ſpecialiter tamen in eo agitur de reſtitutione minorum, & quæ jure minorum gaudet, Eccleſiæ.

1. Quid eſt in integrum reſtitutio?

IN integrum reſtitutio nihil eſt aliud quam remedium quoddam] extraordi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

narium, quo judex lapſis vel circum-
tis ſubvenit, ſive metu, ſive callidit-
ſive ætate, ſive abſentia inciderint in
ptionem.

2. *Qui eam impetrare poſſunt?*

Inprimis minores XXV. an. ob fra-
c. 8. h. t. tatem ætatis, ſi probent ſe contrahe-
& l. 2. C. vel omittendo ab adverſario eſſe læ-
eod. Tum & majores, ſi juſta ſubſit ca-
reſtituendi, veluti ſi quid dolo adver-
inducti fecerint, vel juſta ex cauſſa ab-
tes aliquid non fecerint.

3. *An & Eccleſia læſa reſtituenda?*

Eſt ſane, quoquo modo læſa ſi-
c. 1. h. tit. alienando, ſive contrahendo, ſive ex-
c. 2. 3. & 7. dicium, ſive in judicio per Epiſcopu-
hoc t. d. c. 1. curatorem, vel Syndicum: quia Ec-
jure gaudet minoris & ſe ac bona ſua d-
dere ac tueri ipſa nequit.

4. *An contra aliam Eccleſiam?*

Omnino; quia hic non habet lo-
Reg. Privilegiatum non poſſe u-
privilegio contra alium privilegiat-
quia intelligenda in caſu, ubi par u-
que cauſſa eſt, veluti ſi uterque ſit l-
& uterque æque certat de damno v-
do: ſecus, ſi una Eccleſia eſſet læſa
altera non, vel utraque læſa, ſed altera
taret de damno vitando & altera de lu-
captando.

5. *An*

5. A quo judice petenda reſtitutio?

Olim a Prætore, hodie a Principe vel judice ordinario, adminiſtrationem habente, aut ejus delegato, ſive cauſa ei ſpiritualiter demandata fuerit, ſive incidenter *pen. hoc t.* in judicium coram ſe habitum veniat in integrum reſtitutio.

De alienatione judicii mutandi cauſa facta.

TIT. XLII.

1. Quando dicitur fieri alienatio mutandi judicii ſeu fori cauſa?

QVando quis timens, ne judicio conveniatur, ut quia forte intelligit contra ſe a S. P. impetratum eſſe reſcriptum, ſuper aliqua re, quam poſſidet, transfert eam rem in alium, qui potentior eſt ac *c. 1. h.t. &* durior, ut hoc pacto fruſtretur adverſa- *l. 2. C. Ne* rium, & reſcriptum eludat. *liceat potentiorib.*

2. Quæ eſt pœna actiones ejusmodi tam in ſe, quam a ſe in alios transferentium?

Tales Eccleſiaſticis cenſuris ſunt compeſcendi, & poſſeſſiones ſuas ex prædicta cauſſa in alios transferendo, nihil agere dicuntur: poteritque impetrans reſcriptum eo uti etiam adverſus eum, in quem